

**3358** ... Kalandio pro sua salute donum | (*vestigia duorum pedum circumdata a serpente*) | [L]ibero Kalliniciano<sup>1</sup>.

*Romae (VI 465 vedit Henzen).* — 1) *Agnomen hoc, ut etiam Liberi patris Procliani N. 4950, ductum ab eo qui primus sacellum instituit (cf. N. 5255).*

**3359** Libero | Pantheo<sup>1</sup> | sacr.

*Pentimae (IX 5145 descr. Accursius aliique).* — 1) *Signum Liberis (sic) Panthei memoratur XIV 2865.*

**3360** deo sancto numini | deo magno Libero | patri et adstatori | et conserbatori h. l.<sup>1</sup> coll. | Velabrensum | Domitius Secundus curat. | et instaurator fratrib. suis.<sup>2</sup>

*Romae in Velabro rep. (VI 467; Gatti Notizie degli scavi 1892 p. 545).* — 1) *Huius loci.* — 2) *Fratres videntur dicti esse pro collegis.*

**3361** pro salutem et victorias | dd. nn. | impp. Severi et Antonini Augg. | et Iuliae Aug. matri Augg. totiusq. | domus divinae eorum, | ex concessu in praediis suis sacrarium | dei Liberi cum aedicula et colum|nis suis in pendis marmora[r]un[t]<sup>1</sup> | et aream et ortulum super Nym|phis qui locus appellatur Memphi<sup>2</sup>, | donum dederunt spirae.<sup>3</sup>

*Romae (VI 461 semel, sed accurate, descripta saec. XVIII).* — 1) *marmora nunc traditur.* — 2) *Locum qui appellatur Memphi, suspicatur Marini Arv. p. 628 in memoriam itineris per Aegyptum facti a Severo nominatum esse; cf. vit. Sev. 47:* — 3) *Cf. N. 5270. 5367. 5369/70.*

**3362** corpus fullon|um qui in aedifi|cium contulerunt (*sequuntur no-mina corporatorum viginti duo. Deinde sculpta aedicula cum imagine Bacchi, qui manu dextra videtur tenuisse cantharum*) Libero Aug. sac. | in columna corpo.<sup>1</sup> | Sex. Nonius Iuvena|lis nomine s. et fil. suor. | Noni et Luci, Li-berum fun|dente vinu p. s. f.<sup>3</sup> idemq. d.

*Mactari in Africa, columna (Bull. du comité des travaux hist. 1895 p. 124).* — 1) *Corporatorum (?).* — 2) *Fundentem vinum pecunia sua fecit.*

**3363** Tullius | Zoticus VI|vir Aug. ad | Liberum patrem | cum redimiculo | auri III<sup>1</sup> et thyrso | et cantaro arg. p. IIIS<sup>2</sup> | testamento | ....

*Arimini (XI 558 semel descripta saec. XV).* — 1) *Ante III videtur excidisse scripulorum signum.* — 2) *Argenti pondo 2<sup>1/2</sup>.*

**3364** Libero patri | sacrum | T. T. Flavii Ecle|ctianus et Olym|pianus fil. eius, | sacerdotes | orgiophantae.

*Puteolis (X 4585 saec. XVI bis ut videtur descripta).*

**3365** Libero patri sa|crum XXannale<sup>1</sup> | T. Fl. Eglectiani sacerd., | Aurel. Aug. lib. Draco | parastata consacravit.

*Neapoli, Puteolis ut videtur oriunda (X 4584 vedit Mommsen).* — 1) *Vi-cennale.*